TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_3901_001

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

3901

1 Lira
50 Cen.

Nos Rector

et Caesareo-Regia Universitas Patavina Pervetusta ac Celeberrima

LECTURIS SALUTEM

Laudabile semper Majorum nostrorum fuit institutum, ut qui omne suum studium in sapientia adipiscenda, atque in liberalibus artibus cognoscendis collocassent, antequam doctrinas, quibus eruditi fuerunt, ad vitae communis usum et ad praxim conferant, aptum subeant examen, ut, quo jure nobilissimum eruditionis suae testimonium acquisiverint, innotescat. Cum itaque Doctissimus Vir Hipolitus Nievo f= Antonii Patavinus ——— quatuor annorum curriculo diligentem et assiduam operam universo Juri navarit, atque a Nobis petierit, ut Ipsum titulo academico doctrinae suae respondente exornaremus. Ei Nos assentiri non dubitavimus. Quidquid vero Ipse in universa Scientia Juris profecerit, ad disciplinae praecepta quatuor institutis examinibus, perpendimus. Quo in periculo cum singularem Ipse eruditionem, atque indubiam universi Juris peritiam ostenderit, celeberrimae hujus Universitatis more, hunc Ei honorem conferendum esse decrevimus, qui perpetuum virtutis est praemium, studiorum decus et ornamentum. Quapropter, potestate Nobis ab **Augustissimo Imperatore ac Rege Nostro Francisco Josepho I.** concessa, eumdem Dominum Hipolitum Nievo Universi Juris Doctorem — pronunciavimus ac declaravimus die XXII mensis Novembris MDCCCLV. dedimusque Ei facultatem in Jure respondendi, atque una simul praerogativis omnibus, atque privilegiis Illum frui posse voluimus, quae amplissimae huic dignitati Majorum munificentia concessa fuerunt. In quorum omnium fidem publicum hoc Diploma majori Universitatis sigillo munitum, et Nostra manu subscriptum Ei dari curavimus.

Patavii die XXII. mensis Novembris. MDCCCLV.

Joseph Equez de Mesplès Rector ———

Joannes Giuseppe Bellavitis ———

Alexander D.r de Giorgi Decanus ——

Cajetanus D.r Sandonnini Cancellarius

3901

Nos Rector

et Caesareo-Regia Universitas Patavina Pervetusta ac Celeberrima

LECTURIS SALUTEM

Laudabile semper Majorum nostrorum fuit institutum, ut qui omne suum studium in sapientia adipiscenda, atque in liberalibus artibus cognoscendis collocassent, antequam doctrinas, quibus eruditi fuerunt, ad vitae communis usum et ad praxim conferant, aptum subeant examen, ut, quo jure nobilissimum eruditionis suae testimonium acquisiverint, innotescat. Cum itaque Doctissimus Vir Hipolitus Nievo f= Antonii Patavinus quatuor annorum curriculo diligentem et assiduam operam universo Juri navarit, atque a Nobis petierit, ut Ipsum titulo academico doctrinae suae respondente exornaremus, Ei Nos assentiri non dubitavimus. Quidquid vero Ipse in universa Scientia Juris profecerit, ad disciplinae praecepta quatuor institutis examinibus, perpendimus. Quo in periculo cum singularem Ipse eruditionem, atque indubiam universi Juris peritiam ostenderit, celeberrimae hujus Universitatis more, hunc Ei honorem conferendum esse decrevimus, qui perpetuum virtutis est praemium, studiorum decus et ornamentum. Quapropter, potestate Nobis ab **Augustissimo Imperatore ac Rege Nostro Francisco Josepho I.** concessa, eumdem Dominum Hipolitum Nievo Universi Juris Doctorem pronunciavimus ac declaravimus die XXII. mensis Novembris MDCCCLV. dedimusque Ei facultatem in Jure respondendi, atque una simul praerogativis omnibus, atque privilegiis Illum frui posse voluimus, quae amplissimae huic dignitati Majorum munificentia concessa fuerunt. In quorum omnium fidem publicum hoc Diploma majori Universitatis sigillo munitum, et Nostra manu subscriptum Ei dari curavimus.

Patavii die XXII. mensis Novembris MDCCCLV.

✠ Joseph Equez de Mengin Rector

✠ Joannes Giuseppe Tedeschi

✠ Alexander D. de Giorgi Decanus

✠ Luigi Bonsignori Can. Mon. Cancellarius